

occurrit. (Die letzten vier Worte wieder aus Paulus III, 9). Und in Bezug auf diesen Placentiner Wall folgt weiter unten ein weiteres Einschiebsel¹: 'Qui (Anibal) cum per planiciem propter munitionem, quam Romani fecerant, transire minime poterat, per Alpeninos² montes conatus est transire', worauf es dann im Text des Paulus III, 9, 2 weiter geht: 'in supremo vero Alpenino tempestate correptus' etc.

Dann folgt f. 22^d.

Miraculum magnum quod accidit in Romana urbe.

Ad cuiusdam miraculi commemorationem, quod in urbe Romana reperitur fuisse, stillus dirigendus est. Miraculum quippe primum etiam et maximum in Romana erat civitate. Templum namque in urbe Rome situm erat, quod totius urbis existerat caput, mirabili modo constructum pariter et fabricatum, magne latitudinis et immense altitudinis, quod dicebatur Colideus, quia dii illic collebantur. In hoc vero Collideo erat congregatio statuarum deorum omnium gentium, in summa³ parte ipsius templi in secretissimo loco existentium; tintinabulum vero ad collum unius cuiusque statue pendebat, et sacerdotes die et nocte semper vicissim vigilantes eas custodiebant⁴. *Illa vero gens, que rebellis contra Romanum imperium consurgere conabatur et censum statutum Romano imperio dare recusabat, statua illius gentis per artem magicam, a poeta scilicet Virgilio constructam, statim comovebatur, et tintinabulum, quod in collo eius habebat, illico resonabat; quilibet statua ipsius gentis nomen habens in caput⁵ scriptum. Sacerdotes vero tintinabulum audientes ad urbis Rome pretores velocissime proficisci properabant, superscriptionem et ipsius gentis nomen in scriptis eis deferentes. Ipsi pretores exercitum militum et virorum pugnatorum, prout res postulabat, ad gentem illam suppeditandam et subiugandam festinatim mittere properabant. Nam cum Romani subiugassent totum mundum et essent in suma⁶ pace, et pax esset in universo orbe, hedicaverunt templum illud magnum et mirabile ydolis vocaveruntque illud templum pacis, quia in pace obtinebant principatum totius mundi. Sed vulgo vocabatur Collideus, quia dii ibi collebantur. Et interrogaverunt deos suos, id est ydola, quantum debebat durare templum illud, et responsum est eis a demonibus ipsum permansurum usque quod virgo pareret; unde gavisii scripserunt ante fores templi istius: 'Templum' pacis eternum erit. Sicut enim impossibile est, quod virgo

1) Nach 'Italici multi reddidere' = Paulus III, 9, 1 letzte Worte.

2) So steht in der Hs. stets.

3) 'summi' Hs.

4) Eine ähnliche Fabel, dort aber vom Pantheon, wird in den Mirabilia urbis Romae ed. Parthey p. 39 f. erzählt. Vgl. Kaiserchronik v. 217 ff., Deutsche Chron. I, 83 f.

5) 'cap' Hs.

6) So Hs.

7) Fehlt Hs.